

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Loquacitas a
cum fonte primo

Absit ut multiloquium
deputem quando necessaria dicuntur,
quantalibet sermonum multitudine ac
prolixitate dicantur.

Augustinus retractionum libro I.

Illud etiam quod scriptum est: Ex
multiloquio non effugies peccatum,
terret me plurimum, non quia multa
scripsi uel quia multa etiam quae dictata
non sunt tamen a me dicta conscripta
sunt –

absit enim ut multiloquium
deputetur, quando necessaria dicuntur,
quantalibet sermonum multitudine ac
prolixitate dicantur –;

sed istam sententiam scripturae sanctae
propterea timeo, quia de tam multis
disputationibus meis sine dubio multa
colligi possunt, quae si non falsa, at certe
uideantur siue etiam conuincantur non
necessaria.

Augustinus Hipponensis,
Retractionum libri duo, 1, prol., 2
(CCSL 57, A. Mutzenbecher, p.5, ll.14-
23).